A.W.
N° 8519

4.4.16

FVNVS REGIVM.

LES OBSEQVES DV ROY.

A PARIS,
Chez PIERRE CHEVALIER,
au mont S. Hilaire, à la
Court d'Albret.

M. DC. X.

Auec Priuilege du Roy.

Case
F
39
.M326
1610fu

THE NEWBERRY
LIBRARY

53-657

FVNVS REGIVM.

Appendix ad Commentarios de rebus toto orbe geſtis.

Defecit gaudium cordis noſtri, verſus eſt in luctum chorus noſter, cecidit corona capitis noſtri, væ nobis quia peccauimus.

Thren. Cap. 5.

FAtidicas voces, & lamentabile carmen
Vatis Idumæi, Solymorum extrema canentis
Exitia, ô mihi ſit fas vſurpare, iacentis
Galliæ, Idumæis magnoſque æquare labores:
Heu? cecidit noſtri nunc cordis ouatio, verſa
In luctum choreæ, capitique Corona reuulſa eſt.
Væ nobis, læſi vltrices qui numinis iras
Impulimus, Nemeſimque in noxia colla morantem,
Hæc iterum, ſit fas noſtro vſurpare labori:
Liliger Henricvs, *noſtræ radiata coronæ,*
Stella fuit, cuius fulgor dilapſus in auras,
Æthere cum ſudo, ceu fax euanida tractu
Igneſcens longo, in nebulas tandem ipſa recedit.
Iunius ad metam properabat, proximus illi
Quintilis, prima ſe luce ferebat, adempto

Gallia cum patriæ perſoluit iuſta parenti,
Triſte miniſterium, ſupremum & flebile munus:
Hen? ego qui ad Rheni promiſſas littora lauros,
Deque capillatis ſperata trophæa Sicambris,
Quæ mihi ſpondebam victrici attollere verſu,
Nunc in funereas Pæneia ſerta cupreſſos
Muto, & flebilibus numeris tibi magne parento
HENRICE, ac cinerem lachrymis irroro verendum:
O quæ funerei Libitina magiſtra decoris,
Atra Dea, vna potens decus exequiale ſepultis
Scribere, ſolemnes præi mihi flebilis vna
Regis ad inferias, lugentùm nomina, veſtes,
Carpentumq; & equos, dicque omnẽ ex ordine pompã:
Aulæ ibat pullata phalanx, in veſte fluenti,
Omnibus abſconſum caput inuoluente cucullo,
Signa abiecta, & humi verſis mucronibus arma,
Tympana raucum & triſte boant, nec vt antè tubarum
Permiſto clangore, viros Martemque laceſſunt,
Nam decus armorum, Mauors & Gallus, inerti
Degenerique manu, diro (ô ſcelus) occidit ictu:
Funereas numeroſa faces geſtabat egentûm
Atra cohors, lucent funebribus omnia tædis,
Atque merum fulgore diem, pia lumina vincunt,
Mortali obſtupuit ſuperatus Cinthius arte:
Carpento ingenti, clauſum regale cadauer
Quam latè obducto fulgenti vellere Serûm,
Quod ſeni paribus phaleris cultuque iugales,
Lenteſcente trahunt paſſu, vel ab auribus ipſis
Ad caudæ ramum, crux alba interſecat illos:
Vexillum funebre pijs Crux manibus, vno
Quo lemures, laruæ, & portenta fugantur Auerni.
Liligero bellator equus, conſtratus amictu,
It, nec vt ante ferox, premeret cũ HENRICVS ouãtẽ,

Perque acies patulis efflantem naribus ignes,
Denſos enſe metens, crepera vel fulmine glandis:
(Quod mirêris) equus, lacrimis pius ora rigabat,
Armigeri pullata omnes in veſte ſequuntur,
Hic manuum thecas, fulgenti adamante rigentes,
Aurea fert alius talaria, tertius auro
Liligero ardentem chlamidem, galeam ille comanti
Vertice cuius ineſt, fuluo diadema metallo:
Funereis bis ſeni in equis, gradiuntur Ephebi,
Atri omnes, Serûm pretioſo vellere tecti,
Atque ipſos par quadrupedes velabat amictus,
Aceruice, imos latè promiſſus ad vngues,
Soli oculorum orbes illis, ſine veſte pateſcunt,
Cætera tecti, imo nec prominet vngula calle;
Illi onus exanimum ſenſêre & inane ſepulti,
Armigerum nec vt antè, acri ſua terga prementem
Impete, dum medios prærumperet arduus hoſtes:
Inde trahebatur compacta ſimillima Regi.
Icon, Auguſtos referens veri æmula vultus,
Spirantem ipſe putes, ſic ſeſe arduus ore ferebat,
Illa humeris euecta, thoro ſublimis in alto
Conſpicitur, redimita caput diademate, ſceptrum
Dextra gerit, læuam Themidis manus ornat eburna,
Denſi circumſtant regalia & ora propinqui
Contingunt, functum indociles nec linquere Regem,
Murice in ardenti Patres, trabeaque coruſci.
Agmen, cuſtodes (Mauortia pectora) ſcoti
Ducunt extremum, proceditur ordine longo
Ad Dyoniſi ædes, ad mauſolea repoſti
Liligerorum vbi nunc cineres maneſque quieſcunt,
Plurimus Antiſtes, cui vittæ atque infula ſacrum
Alba caput cingunt, cui humeros niger ambit amictus,
Quem veluti lachrimæ, variant diſcrimine crebro:

Purpureus IOIEVSA *ſacris operatur ad aras,*
Et cruſtam exiguæ Cereris, laticemque Lyæum,
In veros Domini commutat corporis artus,
Ad præſepe ſacrum, quales de Virginis aluo,
(Sic fieri moriens verbis edixit Ieſus)
Inſufflauit hians ſacro poſtquam ore ſacerdos,
Stellatæ patuere fores, atque omnis Olympus
Panditur, equè polo Deus ipſe illabitur Aris,
Fit caro, fitque cruor Chriſti, paniſque merumque,
Libum auguſtum, æternum ingens, mortalibus ægris
Labe Adami, rector quo propitiatur Olympi,
Atque ſalutiferum vinis, ac lumine caſſis,
Qui ſcelus abſtergunt, contractum haud igne perennis:
Inter ſacra, alto è ſolio canit ore iacentis
Borbonidæ, laudes alio non ore canendas,
Præſul Myro, æquans factis ſua nomina, mira
Qui cecinit, minio & cedro ſignanda perenni,
Inuidus ille ſuæ laudis tamen, inuidet ille
Qui vulgare typis, quæ auguſto protulit ore
Quæ latio veſtire impar meditabar amictu:
Aſt vbi ſacra peracta fuere, ac ritè precatum
Præco altum & ferale ſonat, Rex morte peremptus,
Protinus armigeri, exuuias decora alta ſepulchro
Condunt, atque cauas implent vlulatibus ædes,
Delubri horriſono fremitu, conuexa reſultant,
Et regale pedum frangit caducifer heros,
Mox alius geniale ſonat, nunc viuere Regem,
Hinc dolor, horriſonæ voces, dirique vlulatus
Abſceſſere, & mox conuerſi in gaudia luctus,
Arma abiecta citi, & quæ ſigna inuerſa reſumunt,
Tympana, & ære cauo litui lætumque canoræ
Increpuere tubæ, prærumpit ouatio vulgi
Æthera, templi ipſo teſtudo fragore remugit:

Non aliter quam cum, nimbique hiemeſque furentes
Detumuere freto, & ſuccedunt fluctibus atris
Tyndaridæ fratres, qui proſpera ſydera nautis.
Saluete, ô placidi manes, ô Principis vmbra,
Vmbra beata choris Diualibus addita, ſalue
Sit cineri alta quies, nec humus grauet oſſa, ſepulto
Sit ver perpetuum, caneſcant lilia circum,
Et roſa ſuauè rubens, gratum oſſibus afflet odorem,
Hac mica ſalis ipſe lito: minor Ilias, impar
Et qui Anchiſiadem cecinit, quæque omnia vates
Vsque canent, & cum non ſit vox æqua triumphis,
Sunt certe imparibus magè tuta ſilentia dictis.

LES OBSEQVES DV ROY.

QVand ie vy ce grand char, l'eſtuy d'vn
ſi grand Roy,
Traiſné par ſix Courſiers, en vn funebre arroy,
Ie dis ces mots rompus, de ſanglots
& de larmes,
Quoy doncques, ce grand Mars, ce monarque des
armes,
Celuy dont l'vniuers, en ſa vaſte rondeur,
Ne pouuoit l'infiny clorre de ſa grandeur,
Eſt icy reſerré, vne ſi grande choſe
Las! en ſi peu de lieu, pourroit elle eſtre encloſe?
Ha! puiſſance d'enhault, il nous faut aduouër,
De nous freſles mortels, qu'il te plaiſt de iouër,
Comme fait vn potier, qui petriſt à ſa guiſe
D'vn argille recuit, l'œuure qu'il fait & briſe:
Nous ſommes le ballon, & noſtre humanité
Eſt le blanc aux garrots, de la Diuinité,
Qui verſant vn Chaos de miſeres funeſtes,
Exerce deſſus nous ſes puiſſances celeſtes:
Ce modelle des Roys, voire n'eſtant que paint,
Par les Mores eſtoit, & par les Getes craint,
Et ſon pourtraict armé, faiſoit trembler la Meuſe,
Et l'Eſcau, & le Rhin, à la riue eſcumeuſe,
L'Ibere paliſſoit, en voyant ſon poil gris,
Verdoyant de Lauriers, de palmes & de pris,

O eſprits abbatus, lauriers, palmes, trophéees,
Eſperances helas? maintenant eſtouffees,
Ainſi comme diſoit, le chantre d'Ilion,
Les lieures, les regnards, plument d'vn grand lion
Le poil, quand il eſt mort, & d'vne audace vile,
Vn Therſite s'attaque aux ombres d'vn Achille:
Ie m'eſcarte, il me faut retourner au conuoy,
Quel ſpectacle à mes yeux, quād ce grād char ie voy?
Ces ſix courſiers alloient, d'vne deſmarche lente,
Et le char chancelloit, d'vne alleure branſlante
D'vn funebre veloux, iuſques à terre couuert,
Les limonniers auſſi, n'ayans que l'œil ouuert,
De la teſte à la queüe, au milieu de la hanche,
Vn ſatin trauerſé faiſoit vne croix blanche,
Banderolle des morts, liuree du treſpas,
L'eſtendard de celuy, qui nous traça le pas
Lequel comme vn grand chef, à la breſche il faut ſuiure,
Qui mourant par ſa mort, nous fera tous reuiure.
Ils portoient à regret, ce fardeau precieux,
Et on voyoit couller, les larmes de leurs yeux,
Animaux genereux, les outils de la guerre,
Ha! vous cognoiſſez bien que vous portez en terre,
Voſtre maiſtre, duquel ſentant le digne poids,
Vous faiſiez, ce que fiſt Bucephale autresfois,
Qui braue ne voulut ſur ſon eſchine prendre,
Aucun autre dompteur, que ſon grand Alexandre,
Animaux de Bellone, helas! vous n'eſties pas
Nourris, pour luy ſeruir aux pompes d'vn treſpas,
Mais bien pour le porter, comme le ſouliez faire,
Moiſſonnant les lauriers dans vn oſt aduerſaire,
Sur le Rhin, ſur le Mein, ſur l'Iſtre au double nom,
Qui rebrouſſoient leurs flots au bruict de ſon renō,

Les Gelons en trembloiẽt,& les peuples de Thrace,
L'Aigle meſme craignoit, qu'vn Lis ne priſt ſa place;
Ce iour reluiſoit plus, de torches encirées,
Que de feux eſtoillez, les voutes azurées,
Phœbus en auoit honte, & pour orner ce deüil,
Il croyoit que la terre euſt vn autre Soleil,
Plus de mille affublés, de veſtemens funebres,
Portoient dedans leurs mains, ces flambeaux de te-
nebres:
Quel effroy me ſaiſit, quand ie vy ce portraict
En boſſe releué, qu'vn Leuſippe auoit faict,
Repreſentant au vray ceſt inuaincu Monarque,
Tel ſon œil, & ſon poil fut, auant que la Parque
L'euſt feru de ſon traict, à l'entour le Senat,
En ſon luſtre immortel, flamboyoit de l'eſclat
Du pourpre, entre l'obſcur de tãt de noires bandes,
Qui ornoient de leur rang, ſes funerailles grandes:
Quand ie te vy de prez, image de mon Roy,
Iuſques au cœur percé, ie me paſmay d'effroy,
Puis à moy reuenu, ayant repris haleine
Par ces accents piteux, ie deſcharge ma peine.
Ha! ſainte de celuy, que lon croiroit viuant,
(Tant le braue artiſan va les yeux deceuant.)
La gaiſne ie voy bien, & ne voy plus la lame,
Ie ne voy que l'eſtuy, & le coffre de l'ame,
Qu'vn ouurage moulé, ie ne voy plus mouuoir
Celuy qui ſe mouuant, auoit bien le pouuoir
De l'Europe eſbranler, comme Atlas porte-nuë
Va le pole eſcroulant, quand l'eſchine il remuë,
Où eſt ce large front, d'vn Empire ſeiour,
Et ces flambeaux beſſons, qui nous faiſoient le iour,
Où eſt ce nés Perſan, ceſte diuine bouche,
Dont chaſque mot, eſtoit vn dard & vne touche.

Vn petit fer forgé, à coupper ſeulement,
Ce qui aux plus abiects ſert de ſimple aliment,
En vn coup nous rauit, tant & tant de merueilles,
Et nous combla chetifs, de douleurs nompareilles,
May fleſtrit tant de fleurs, & ne reſte ſinon,
D'vn Roy qui fut ſi grand, que le bruit & le nom.
Mais ainſi qu'vn amant affolé de ſa Dame,
D'vn fantaſque pinceau, peint touſiours en ſon ame
Le pourtraict qu'il adore, ainſi ie croy la nuit
Quand Morphee en ſommeil, doucemẽt me ſeduit,
De voir touſiours mon Roy ie m'efforce & me peine
Mais ie ne trouue en fin, rien que l'idole vaine,
Ie deteſte le ſonge, & de luy ie me plains,
D'ainſi tromper mes ſens, par ſes fantoſmes vains,
Mais ce qui croiſt mon deüil, eſt de veoir les ban-
nieres,
D'aucuns ſe remuer, par des ſourdes manieres,
Combien que nous deurions, pour ne point tre-
bucher
En ceſte mer, n'auoir qu'vne Ourſe & vn Nocher,
Et qu'il faut qu'vn chacun, ſans faintiſe deſcouure,
Qu'il n'ayme que l'Eſtat, & les Ames du Louure,
Paris y eſt enclin, & ne ſera iamais,
Vn amas de tonneaux, que pour garder la paix
Achille & ſa Thetis, & maintenir la place
Des petits Alcyons, qui nous font la bonnace.

H41-